

*69. Instrumentum permutationis
tra Bartolomeo ‹Spina›, vescovo di
Potenza, il clero e il capitolo della
chiesa cattedrale potentina, da una
parte, e Ruggero Gambono, dall'altra*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*69. Instrumentum permutationis
tra Bartolomeo ‹Spina›, vescovo di
Potenza, il clero e il capitolo della
chiesa cattedrale potentina, da una
parte, e Ruggero Gambono, dall'altra*

1374-10-22

«Spina», vescovo di Potenza, il clero e il
capitolo della chiesa cattedrale potentina,

(c. 175r) ~~In nomine domini amen. In nomine domini amen.~~ Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo
septuagesimo quarto, regnante domina nostra Iohanna
Dei gratia regina inclita Jhyerusalem«sic» et Sicilie,
ducatus Apuli# et principatus Capue, Provincie et
Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum suorum
anno tricesimo secundo feliciter amen, die vicesimo
secundo mensis octobris, tertiedecime inditionis, apud
civitatem Potentie.

Nos Addenolfus de Saripis annalis iudex ipsius civitatis,
Iacobus de Iuganulo de eadem civitate puplicus ubilibet
per provincias Basilicate, Terre Bari , Capitinate,
Principatus ultra citraque serras Montorii ac Terre
Laboris et ac comitatus Molisii regia autoritate notarius
et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati,
presenti scripto publico declaramus, notumfacimus et
testamur quod ad petitiones et preces nobis factas pro
parte reverendi in Christo patris domini Bartholomei,
Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini et cleri
et capituli maioris ecclesie Potentine, ex una parte,
ac discreti viri Rogerii Gamboni de Potentia, ex parte
altera, accessitis nobis ad domus ipsius episcopatus
Potentini invenimus ibidem in camera episcopatus
ipsius eundem dominum episcopum et omnem clerum
et capitulum ad sonum campane q(uas)i universaliter
congregatos et dominum Rogerium Gambonum etiam
ibidem presentem, et tam dicti dominus episcopus,
clerum et capitulum quam predictus Rogerius Gambonus
asseruerunt pariter coram nobis inter eos habitum fore
tractatum de permutanda domo una cum uno orticello,
prope menia ipsius civitatis, que fuit quondam dopni
Duranti Molli, canonici et clerici olim dicte maioris

ecclesie , iuxta menia predicta, iuxta viam publicam, iuxta domum Angeli de Palmeria mediante muro comuni et quintana plu(v)iali, iuxta domos magistri Nicolai de Amelino mediante muro comuni et quintana pluiali et quintanas pluiales <sic> a duabus partibus, cum tribus bonis stabilibus ditti Rogerii Gamboni, videlicet domum unam sitam in ditta civitate Potentie in parrochia Sancte Germinacis, iuxta domum ditte maioris ecclesie Potentine, quintanas vicinales a duabus partibus et menia ditte civitatis; item medietatem terrarum que fuerunt quondam Andre# de Lacupensuli, quas habet pro indiviso cum fratre Nicolao de Madio Ordinis predicatorum // (c. 175v), sitam in tenimento ipsius civitatis in loco ubi dicitur Pescaria Andreutii, iuxta terras seu vinealia quondam Iachetti de David ab una parte, ab alia parte iuxta viam pu(b)l(ic)am, ab alia parte iuxta vinealia ditti fratris Nicolai de Madio, ab alia parte iuxta terras ditti Georgii <sic> que fuerunt quodam Nicolai de Casoria mediante limite comuni, ab alia parte iuxta viam publicam qua itur ad Santum Eliam, ab alia parte iuxta vineale Ioannis Eli# de Offiza et vineale quod fuit ca(me)re Sancti Elyes; item terris aliis predittis ibidem que fuerunt ditti quondam Nicolai de Casoria iuxta vineale Nicolai Cutualdi, iuxta terras predittas, iuxta terras domini episcopi Potentini mediante vallono de Male Varcar(e), iuxta viam publicam qua itur ad Santtum Elias <sic> et alios fines; item duabus partibus ysclarum Nicolai Millarani noviter emptis per dittum Rogerium, ut dixit, una cum alia tertia parte ipsarum empti per eundem s(ubscri)pta, sitarum in territorio ditte civitatis contrata Exudarchi et Podii Suspensorum, iuxta viam murat(am), vineam magistri Gabrielis Strambi et notarii Francisci notarii Iacobi,

*«Spina», vescovo di Potenza, il clero e il**capitolo della chiesa cattedrale potentina,**lesie Santi Onofrii, vineam Petroni Martini*

et alios confines. Et volentes et cupientes ditte ambe partes dittam permutationem in evidentem utilitatem meliorative augmentum et comodum ditte mayoris ecclesie et ipsius utilitatem redundantem debitum sortiri effectum et complementum optatum, prefati dominus episcopus, clerus et capitulum, nomine quo supra, per se et successores suos, permutaverunt et nomine et causa permutationis et cambii dederunt, traddiderunt et per fustis tradditionem assignaverunt, iure proprio et imperpetuum, coram nobis, ditto Rogerio Gambono, ibidem presenti et recipienti pro se et suis heredibus, dittam domum que fuit ditti quondam dopni Duranti cum ditto orticello predittis finibus limitatam, francham et liberam ab omni onere servitutis ad habendum, tenendum et possidendum, dominandum, utifurendum, vendendum, donandum, permutandum et quocumque modo ditti Rogerius et sui heredes voluerint alienandum et faciendum de ea quicquid eis placuerint quovis modo, cum viis eius in eandem domum cum ditto orticello intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis eidem domui cum orticello pertinentibus quoquomodo. Pro qua quidem // (c. 176r) domo cum orticello predittus Rogerius permutavit et nomine et causa permutationis et cambii coram nobis dedit, traddidit et per fustis tradditionem similiter assignavit iure proprio et imperpetuum dittis domino episcopo, clero et capitulo presentibus, recipientibus nomine et pro parte ditte ecclesie et luminarie ipsius et successoribus suis, preditta bona sua stabilia predittis locis et finibus limitata, franca et libera ab omni reddito et onere servitutis, ad habendum, similiter tenendum, possidendum, dominandum, donandum,

utfruendum, vendendum, permutandum et quocumque modo dicti dominus episcopus, clerus et capitulum et successores sui pro comodo dicte ecclesie et luminarie ipsius voluerint alienandum et faciendum de bonis stabilibus supradictis quicquid eis placuerint, ut prefertur, constituentes se dicte ambe partes contrahentes dicta bona a se permutata precario possidere donec ipse partes et ipsarum quelibet eorum bonis <sic> possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi autoritate <sic> propria dicte partes altera videlicet alteri ad invicem dederunt liberam et plenariam potestatem et promiserunt sibi invicem dicte ambe partes altera videlicet alteri presenti et sollempniter stipulanti pro se, suc(cessoribus) et heredibus suis dictam permutationem et cambium, et omnia et singula supradicta et infrascripta ratam et firmam ac rata et firma habere, perpetuo et tenere et de predictis bonis permutatis vel ipsorum aliquo litem et controversiam aut questionem aliquam sibi ipsi ad invicem non inferre, nec inferenti consentire vel assentire, sed predicta bona a se <ullo futuro tempore>, ut predictur permutata sibi invicem et successoribus et heredibus suis tam in proprietate quam possessione ab omni homine, collegio et persona quacumque legitime defendere, guarantee et defendere ac de evictione teneri et quod predictam permutationem ac predicta omnia et subscripta singula vel qui contra facere vel venire per se et successores et heredes suos, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliquo modo, causa, ingenio seu trattatu, sub pena et ad penam <uncias> auri viginti, medietate ipsius pene si per dictum dominum episcopum, clericum et capitulum et successores suos committi contingat curie Sedis apostolice vel alteri curie competenti ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela

«Spina», vescovo di Potenza, il clero e il

capitolo della chiesa cattedrale potentina,

et si per ~~ditto Bartolomeo et heredes suos~~ ^{ditto Bartolomeo et heredes suos} committi
contingerit, reginali curie vel alteri ubi fatta fuerit // (c.
176v) reclamatio seu querela et altera medietate ditte
pene alteri ipsarum partium et successoribus et heredibus
suis, predittam premutationem et preditta et subscripta
omnia et singula observantibus et non contravenientibus,
persolvenda totiens quotiens fuerit exinde quolibet
contraventum, me predicto notario tamquam persona
puplica pro parte dicte curie ab eisdem partibus et dittis
partibus a se ipsis et altera ab altera ad invicem pro se et
successoribus et heredibus suis sollemniter stipulantibus
penam ipsam; qua soluta vel non soluta, exatta vel
non exatta seu gratiose remissa, preditta permutatio ac
preditta et subscripta omnia et singula in suo semper
robore et efficacia perseverent, cum refettione et integra
restitutione omnium dapnorum interesse et expensarum
litis et extra litem que fuerint propterea quoquomodo,
de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento
alterius ipsarum partium et successorum et heredum
suorum observantium permutationem, preditta omnia
et singula scritta et infrascritta, nulla alia probatione
quesita ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri;
et renuntiaverunt etiam «supra» hiis ditte ambe partes
et contrahentes ad invicem altera alteri, pro cautela,
exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, ex(ceptioni)
deceptionis et fraudis reique predicto et subscripto modo
non geste vel aliter habite, que ut superius et inferius
continetur et est expressum, beneficio restitutionis in
integrum, beneficio fori privilegi, licteris et rescriptis
quibusbet impetratis et impetrandis et generaliter
omnibus auxiliis et beneficiis iurium, canonicis, civilis
et aliorum et iurium quorumcumque et specialiter
iuri «dicenti generalem renunciationem non valere et

iuri per quod cavetur quod dicto iuri» renunciari non possit, quibus et propter que preditta permutatio et subscripta omnia et singula possint in aliquo retractari et quomodolibet minui vel infringi; et pro predittis omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis quod preditta omnia et singula vera sint et quod contra non fiat, ditte partes ad invicem et altera alteri recipienti, coram nobis ad sancta Dei Evangelis iuramentum et sacramenta prestiterunt, dominusa tamen dominusa episcopus visis et non tattis Evangeliiis ipsis. Unde ad futuram rei memoriam et dittarum ambarum partium preces, ad ipsorum successorum et heredum certitudinem et cauthelam fatta sunt exinde de preditta permutatione et predittis omnibus duo publica consimilia instrumenta eadem continentia in effectum, videlicet pro cautela ditte ecclesie et ditorum domini episcopi, cleri et capituli eiusdem // (c. 177r) ecclesie nomine et successorum suorum et reliquum pro cautela ditti Rogerii et heredum suorum, scripta per manus preditti notarii, signo meo solito signata, subscriptionibus mei preditti iudicis et nostrum subscriptorum testium et subscriptionibus ditti domini episcopi et subscriptorum canonicorum ditti cleri et capituli roborata. Acto precedentes <sic> partes contrahentes preditte, specialiter et expresse, quod si in predittis instrumentis aliqua essent obmissa seu defectus aliquis apparet propter que preditta permutatio et preditta omnia et singula in totum vel in partem possent exemp(tar)i, rescindi vel in aliquo refragari, quod possint per me predittum notarium semel et pluries refici et emendari et suppleri in eis omnia defecta verbis et clausulis additis et mutatis ad consilium sapientium, veritatis substantia non mutata, partibus ipsis vel ipsarum altera presentibus vel absentibus, scientibus

«Spina», vescovo di Potenza, il clero e il

capitolo della chiesa cattedrale potentina,

et ignorantibus, volentibus autem contradicentibus, etiam si instrumenta ipsa vel ipsarum alterum casualiter perderentur vel fuissent in aliquo iudicio presentata.

1

2

3

4

5

6

Que instrumenta scripsi ego predittus Iacobus publicus ut supra notarius qui premissis rogatus interfui et meo signo consueto signavi; superius autem ubi legitur «et aliorum» abrasum et emendatum est per me predittum notarium non vitio, sed errore, scripsi ut superius. Ego Adonopeus de Stefanis de Potentia deposui ut supra Ego Iacobus de Castello testis sum Ego Antonius de Balba testis interfui Ego magister Tadeus de Aymulino interfui

7

8

Così S per Stampis (da docc. coevi)

Così S per Ingannulo (da docc. coevi)

Così S per Melli (da docc. coevi)

Così S molto probabilmente per Gerardi

Così S per? ecclesie

Così S, dubito della lettura

Così S per Adenolfus de Stampis de Potentia iudex

Così S per Amelino (da docc. coevi)